



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

3 de Populo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Non oportet certe nauitam nauigandi imperitum, naui regenda præficere, alioquin periclitantur qui in ea sunt, potissimum furentibus ventis, & concitato mari. Nec quoque reipublicæ gubernacula commissa imperitis successus vel exitus habent faciles, ubi illa potissimum seditionibus æstuat. Sic enim optime Mitylenæus poeta Lyricus Alcæus, rempublicam perturbatam, & statum, per nauim allegorice designat sub Mycello tyanno Mitylenæorum, apud Heraclidem. *lib. Allegiarum Homeri.*

*En asperum, inquit, ventorum
Marsique statum, conciti
Fluctus feruntur, hinc & hinc,
Nos puppis in medio vobis,
Gransque tempestas premit,
Iam corruit in feminam,
Cui malus alligatur
Lignum, saceraque vela sunt
Et anchora laxata. Et postea,
Hic fluctus velut æstus
Rempublicam obruis omnem.
Et nobis haurienda
Est sentina malorum,
Quæ plurima intrat nauim.*

15 ¶ Regnum bifariam sciendi Plato dicebat. Aliud enim secundum legem, aliud secundum genus esse; secundum legem constare Cartaginensium regnum, civile quippe esse. Lacedæmoniorum autem, & Macedonum, secundum genus: quod haberent successionem quandam per genus. *Dioge. Laertius, lib. 3. in vita Plato.*

16 ¶ Morem fuisse Lacedæmoniiis a maioribus traditum scribit Æmilius Probus, in *vita Agesila.* i. vt duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio ex duabus familiis Proclis & Butilthenis, qui principes ex progenie Hercules Spartæ fuerunt. Harum ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat: itaque vterque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur, qui maximus in ea esset ex liberis eius, qui regoans decessisset. Si is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur qui proximus esset propinquitate.

17 ¶ In Italia etiam republica Indorum reges ex duabus familiis per successiones assumebantur, vt auctor Diodorus Siculus. *lib. 17. Bibliothec. anno 9. Alexand.* In Gallia nostra reges ex genere succedunt primogeniti regis præmortui, cui si nulli supersint filii supersites, ad proximam ex genere diadema deferunt, exclusis feminis ex lege Salicæ: defecit tamen ter recta generis successio.

18 ¶ Hoc imperium, quod ex successione datur, videtur fuisse primum in orbe, & natura inductum, secundum ea quæ docet Aristoteles. *1. Polit. c. 1. & 2. & 4.* Vt primum coniunctione maris & femina facta, imperium fuerit viro, cui erant mulier subdita. *Genes. 3.* Et hæc fuit prima societas quotidiana, prima domus, primum imperium, quod & gentis inde imperavit qui essent cum illa domo *quæ erat viro & vbiq; vni.* Cum autem nati plures ex prima domo sunt, & seorsum diuersis domibus habitare cœperunt, reuerentia genitoris primi, vt antiquioris, & imperii honos animis adhæsit separatimque eos, qui domibus separatis imperarunt, maxime primum ex quo descenderant venerati & honorare æquum visum fuit: illum autem singulis prospicere. Sic pagus cepit fieri ex natis natorum, & vni subditus fuit, omnisque domus regebatur a seniore. Et postea senioris proximiores, priores esse cœperunt: & ex pagis ciuitates, ex ciuitatibus regna composita, remanente gubernandi paterna potestate, cui & regia similis.

19 ¶ Prisci reges quidam tamen eligebant sibi successores in regno, quos vocabant Coritos, hoc est, Iones vel hastatos, ita Sabatius Saga creatus Coritus a Iano. *Beros. lib. 5. de destructione histor.* Et Arius 6. Babylonæ rex Aruuum. Et tempore regis Athladiis regis 12. Babylonæ, Hercules filius eius, Thuscum filium Ianigenis creauit sibi Coritum. Tempore Sphæri 15. regis Babylo. Morges filius Itali creauit Coritum suum cognatum Combolasionem, vt

20 scribit Berosus. ¶ Apud Romanos, imperio præelecti principum filii seu Imperatoris, Cæsares dicebantur, quasi designati augustæ maiestatis heredes, vt auctor Spartianus in *Ælio Verro.* Et hinc Germani, Romanorum regem Cæsarem appellant. Idemque principes dicti iuuentutis, testibus Tacito, Suetonio, & Lampridio. Eratque hoc nomen auspiciū futuris Imperatoribus, sicut in Hispania, qui mortuo parente regnum adepturi sunt, principes appellantur. Et filii Imperatorū apud Græcos despota

dicti. ¶ Vt & hodie filius regis proximus successi, ne, dicitur, 11 *Monseur,* vel alio nomine Delphinus: ab eo tempore, quo Vmbertus, secundum Paulum Æmilium. *li. 9. in Joan.* vel secundum Nicolaum Gillium, Imbertus Delphinatus princeps, Philippo Valesio Gallorum regi, Delphinatus dominatum cessit, ea lege & conditione, vt proximus regis heres dominus diceretur, *Vincen. Lupanus, in commentariis de magistratibus & præfecturis Francorum.* vocabant Allobroges quippe suos principes, Delphinos. *Paul. Æmil. lib. 3. in Philippo Longo.*

¶ Fuerunt quatuor monarchiæ principales orbis per successionem in filios translata, donec incuria, vel vi in aliam ditionem translatae sunt, vel deficiente genere: deficiunt enim, & senescunt quoque familiaris, & moriuntur, vt regna. Expertumque illud in monarchia Galliarum, quæ etiam ter mutauit succedendi ordinem: non tamen in alterius regis ius, quam proprii transiit, ex quo confirmata fuit Imperio quoque Romano id ipsum accidit sæpe, & series familiarum in eo turbata & expuncta est. ¶ Et tandem 13 defuit ipsum imperium in oriente, & translatum in occidentem, in Carolum Magnum Franciæ natum in Germania, filium Pipini regis Galliarum & Bertæ, anno domini 801. anno 21. imperii Constantini & matris Helenæ. In cuius familia remansit ad mortem vique Ludouici Balbi regis Galliarum, post cuius a vita obitum, translatum est in Saxones Allemanos, penes quos iure successione quoque a patre in filios peruenit, vt que ad temporarium Orthonum, quorum postremus veneno dato a Romanis, Romæ mortuus est. Qua ratione Gregorius 5. natione Saxo, qui pulso ab Orthone antipapa Ioanne 17. dicto, restitutus in sedem erat, vt imperii dignitas apud Germanos suos maneret, Synodo congregata sanctionem tulit de Imperatore deligendo, quæ vique in hodiernum diem obseruatur, anno 994. *existat consuetudo, in c. venerabilem, de elect. electoribus Germanis constituta, de quib. gloss. in c. ad apostolica, circa finem, de re iud. in Sax.* Post quorum electionem triplex diadema, seu tres coronas suscipit, primam Aquiligrani in Colonienfi diocesi: secundam, in Modicenses ciuitate a Mediolanensi archiepiscopo: postremam Romæ summo pontifice. *gloss. in c. ne Romani, §. porro, de iur. iur. in clem. 1.*

De Populo. Cap. 3.

- 1 Publicum quid.
- 2 Populus quid.
Collegium quot constat personis. eod.
Plebs quot constat personis. eod.
Turba quot constat personis.
Gen. & gentiles quid, & vnde. eod.
- 3 Populus diuisus a Romulo ordine, & dignitate, & quomodo.
- 4 Populo permissa ex lege Romuli.
- 5 Democratia quibus consistit.
- 6 Democratia quid, & finis.
- 7 Græuum imperium reciprocum.

¶ Quod populi est, recte publicum dicitur: quasi populicum, *§. 1. consequens de suspens. iur. §. 1. de pub. iud.* Et publica, quæ sunt populi, potissimum quæ sunt populi Romani proprie: aliorum autem, per similitudinem. *l. bona ciuitatis, & l. eum qui vestigal. de verbor. signific. l. inter publica, eod.*

¶ Populus dicitur multitudinis cœtus, ratione communis iuris, & vtilitatis vniuers: vt definiisse Ciceronem in libro de republica, cuius pars interit, testatur D. Augustinus. *li. 19. de ciuit. c. 21.* Duo vel tres faciunt congregationem, & collegium, *c. 1. de electio. l. Neratius, de ver. signific. quod per vnum retinetur. l. ficut, §. fin. quod cuius. vniuers. nom.* Decem faciunt populum, & plebem, *can. vno, 10. q. 3. ca. 1. & ibi glo. de elect. turbam, quindecim. l. pretor ait, in 2. vi. bonor. raptio. P. & ibi Barto.* Gens quoque pro populo accipitur, *§. ius autem civile, §. quod vno, de iure na. gen. & civil. l. omnes, §. 1. eo. ti. P. can. ius gent. 1. dist. quamuis alio modo gens, & gentes, & gentiles a gignendo, cognati dicantur. l. pronuntiatio, §. famulie, & l. sapa, de verbo. signific.*

¶ Diuisi Romulus populum Romanum, ordine, & dignitate. Multitudinem ordine, in tribus: tribus, in curias: curias, in decurias. Dignitate, in patritios & plebeios. *Dio. Halicar. in 2.* Postea & diuisus populus in senatores, equites, & plebem. Et proinde ex recenti diuisione compositus est populus ex patritiis seu senatoribus, equitibus, & plebe, *§. plebs, de iure natu. q. 6. & civil. leg. plebs, de verbo. signific. de quibus, & de diuisione populi secundum ordinem, iam diximus alibi in c. 9. de iure civil. in 1. 2. h. de iur. arte.*

¶ Ro.

4 in cap. 9. de iure civili. nu. 12. lib. de iuris arte. ¶ Romulus ¶ permisit
 tria populo: Magistratus create: ius belli inferendi: & consili-
 um dare, & consilium dicere, iusque legis faciendæ. Dionys. Ha-
 licar. in 2. Et in lege 12. tabularum cautum ita erat, Cicero. 3. de le-
 gib. Creatio magistratuum iudicia populi, iussa verita cum seisciten-
 tar. optimatibus vota plebi libera sentio. Pulsis tamen regibus popu-
 lus omnem potestatem sibi usurpavit, eamque per certa tempora,
 & circumscripte exercendam optimatibus, consulibus, senatui,
 & aliis magistratibus, & ducibus concessit. Postea rursus trans-
 tulit in principem. hac omnia in tota l. 2. de orig. imp. P. ¶ Democra-
 tia ¶ definitur dao bus extremis, potestate summa populi, ac liber-
 rare. Et libertas illa, ut liberum sit quodcumque velis æquum face-
 re, ut scribit Aristoteles, 5. Politic. cap. 9. Finis popularis admini-
 strationis, libertas: quæ consistit, ut per vices imperent ac pareant,
 & iustam populare æquum habeant secundum numerum, non
 secundum dignitatem: Et accidit, ut quicquid multitudo statu-
 erit, id ratum iustumve necessario dicatur, hoc & Plura, de hac de-
 mocrata, & membris eius Politic. Aristotel. lib. 6. c. 2. & sequentibus.

6 ¶ Democra-
 tia ¶ populi respública dicitur, quæ eo diuturnior fuit,
 quo magis leges conservavit, & duxit optimas, ut de democrata
 Atheniensium ait Pausanias. In democrata cõmunicatio digni-
 tatum per vices, videtur quandam continere naturalem guber-
 nationem, quale de gruibus scribit Athalaticus rex Gothorum.

7 Græci ¶ inquit, moralem quandam noverrunt exercere concordiam:
 inter quas nulla priuata queritur, quia iniquitatis ambitus non ha-
 betur: vigilant vicissim, communis cautela seculi odium. Sic honor
 nullus admittitur, dum omnia sub communiõne seruantur. His etiam
 volens vicaria aequalitate disponitur, vltima sit prima, & qui prima-
 tum tenuit, esse posterior non excusat. Et voluntarie seruiendo, libere
 sunt. Cassiodor. lib. 9. Variarum c. 2. in edicto. contra curiales.

De Magistratibus in genere. Cap. 4.

- 1 Magistratum potestas unde & nomen.
Magister populi dictator eod.
- 2 Magistratum diuisio remissive.
- 3 Magistratus in quorum locum iussit.
- 4 Magistratum publica persona, & potestas.
- 5 Iudicia in portis civitatum fiebant.

1 A potestate olim populi, ¶ Imperatoria vel regia nunc, pen-
 dent magistratus eorumque potestas, l. ad legem lul. de ambi.
 Antea non ita, quando omnia manu regia fiebant, l. 2. in pri. de o-
 rig. iur. & per se reges iudicarent, quando ut iudicarent reges eli-
 gebantur: ut Deioeces a Medis, Herodot. in 1. & Saul ab Israelitico
 populo. l. Reg. cap. 8. electi sunt. Et id nomen expressit: quia apud
 Paulum, quibus præcipua, 57. de verbor. & rer. signific. magistros &
 magistratus dici constat, qui magis quam ceteri diligentiam & foli-
 citudinem rebus, quibus præstant, debent, & a non oendo & mō-
 strando. Tum autem dici ceptus magistratus, cum a populo ma-
 gister populi, id est, dictator creatus est, ut auctor Pomponius La-
 tus, lib. de Magistrat. Sicut & magistrum populi, dictatorem esse
 explicat Cicero, 1. de finib. Et Varro, lib. 4. ling. Latine. Magister e-
 quitum, quod summa potestas huius in equites, & accensos, ut est sum-
 ma populi dictator, a quo is quoque, magister populi appellatus. Reliqui,
 quod minores quam hi magistri, magistratus: ut ab albo, albo. Et
 vox magistratus significat eos, qui in potestate aliqua sunt consti-
 tuti, ut Cicero ait, 3. de legib. videtur igitur hanc esse magistratus vim
 ut præsit, præscribatque recta & vitia, & coniuncta cum legibus. Vt e-
 nim magistratibus leges, ita populo præstant magistratus: vereque dici
 potest magistratum esse, legem loquentem: legem autem esse mi-
 um magistratum. Aliquando etiam magistratus, pro potestate ipsa seu
 2 officio accipitur. ¶ Distinctiones ¶ porro magistratum hic non
 ponemus, nec alia, quæ ad singulorum pertinent auctoritatem, &
 iurisdictionem, vel potestatem: quia de his in perfecta iudicio-
 rum enucleatione, cum de personis sermo fiet, agetur. Et iam sa-
 tis arbitror me dixisse, in præludiis optimi Iulii consulti, lib. 2. præ-
 ludiorum, c. 31. 32. 33. 34. ¶ Interim ¶ sciendum magistratus proprie
 fuisse eos esse in locum populi, & principis, vel aliorum, qui per se
 3 potestatem quam habent, vel exercere nolunt, vel non possunt:
 non enim omnia per nos ipsos exsequi possumus, semper & ubi-
 que. Et proinde magistratibus opus fuit, qui consiliis suis, atque
 specie ipsa, dignitatem reipub. sustinerent, Cicero, Dial. 2. de legib.
 in fine & principio. 3. lib. eamque, ut ait Iustinianus quoque, si-
 4 bi eam missam per partes gubernarent, Justin. in §. final. in pro-
 missio Iulianus. ¶ Sicuti ¶ enim principes, sic & isti vicarii eorum, pu-

blicam curam suscipiunt, nomine principum, non suo, unde &
 publicæ personæ dicuntur, §. penult. de Atilian. tutor. Et princi-
 pes civitatis a Modestino, in l. Spadonem, §. si civitatis princeps, de
 excusat. iur. Et auctoritatem principis, ut olim populi, referunt,
 l. de offic. præf. prætor. in P. l. ad leg. lul. de Annona. Iusque pub-
 licum & in sacerdotibus, sic in magistratibus, quod ad statum rei
 Romanæ, id est, reipub. pertineant, l. 1. §. publicum, de Justit. & iur.
 in P. §. huius studii, eod. tit. l. apud Iustinian. Sicuti etiam principes
 legum publicarum habent potestatem, l. leges ut generales, & l. le-
 ges sacratissime, C. de legibus. sic & istis legum concesserunt exsecu-
 tionem & conservationem, l. iniuriarum actio, §. 1. de iniur. in P. l.
 3. §. sed vim, de eo quod met. cau. 9. Unde & pro anima legibus sunt
 magistratus: alioquin enim parum est iura in civitate esse, nisi
 sint, qui ad effectum ea deducant, l. 2. §. post originem, de orig. iuris.
 Idcirco horum potestas siue iurisdictione, dicitur de publico intro-
 ducta, cum necessitate iuris dicendi, Interpreta. post gloss. in l. 1. de
 iurisdic. omnium iud. P. cum imperio sepe, l. potestatis verbo, de
 verbor. signific. l. imperium, de iurisdic. omnium iud. in P. & cum
 maiestate Imperii, in l. penult. de Justitia & iur. Et.

¶ Omnibusque ¶ horum copia patere debet, l. observandum, §
 de offic. præf. & ideò Deus iussit Mosi, Deutero. cap. 16. in portis civi-
 tatum fieri iudicia, sic dicens: Iudices & magistratus constitues in o-
 mnibus portis tuis, quas dominus dederit per singulas tribus tuas, ut
 iudicent in isto iudicio, nec in alteram partem declinant. Et Amos pro-
 pheta, §. cap. odite malum, dilige bonum, & constitue in porta iu-
 dicium, si forte miser eatur dominus. Et igitur, inquit Cicero, 1. Of-
 ficior. proprium munus magistratus intelligere se gerere personam ci-
 vitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, servare leges, &
 iura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Diximus iam alibi
 de iudicio, & magistratum decore, & quæ in illis requirantur
 in morum gravitate, religione, & sapientia. Et idcirco abstinere a
 tractatione, & sufficere indicasse, ubi ea explicaverimus, dixi lib. 2.
 præludiorum. c. 35. 36. 37. 38.

De Personarum priuatam vitam agentium ge-
neribus. Cap. 5.

- 1 Civitatum diuidentiarum primus inuentor, & in quas partes di-
uisit.
Hippodamas Euryphontis Mileus eod.
Civitas optima quot hominum genera adesse debent.
- 2 Indorum multitudinis distinctio in quot species hominum.
Sapientium apud Indos munus eod.
Agricolarum securitas apud Indos.
Pastorum habitatio apud Indos extra vrbes, & oppida eod.
Milites Indorum quales eod.
- 3 Episcopi Indorum qui, & munus.
- 4 Personarum consideratio priuatarum, & earum qualitatium in
iure.
- 5 Personarum diuisio in iure secundum scientiam, & artificium.
- 6 Personæ scientiæ saltina.

Hippodamas Euryphontis ¶ Mileus, diuisionem civitatum ¶
 primus inuenit, & primus aggressus est aliquid dicere de opti-
 mo civitatis statu. Constituit civitatem multitudinem decem mil-
 lium, in tres diuisam partes. Faciebat vnam partem artifices, alte-
 ram agricolas, tertiam propulatores belli atque arma tenentes,
 Aristoteles lib. 2. Polit. c. 6. ¶ Apud ¶ Indos septem potissimum ge-
 nera hominum, ex Arriano, lib. rer. Indicarum & Strabone. Pri-
 mum locum sophista habebant, seu sapientes, quibus nulla ope-
 ris necessitas imposita, quam ut suis diis pro salute communi sa-
 crificia facerent: diuinarent de temporibus anni, aut si quæ pu-
 blica calamitas immineret. Secundum genus erat agricolarum,
 qui neque bella curant, nec arma habent, nec tempore belli in-
 festantur etiam ab inimicis. Tertium eorum, qui ἐπιμετῆς, ἐπιποιμένες
 τε καὶ βοῦλοι καὶ ἄλλοι ἄτε κατὰ πόλιν ἢ τε ἐν τῇσι κώμαισι δίκουσι, νομῆ-
 δες τε εἰσι. &c. id est, sunt pastores, armentarii, bubulci. Est illi ne-
 que vrbes, neque pagos inhabitant: sed in montibus degunt, &
 tributum ex armentis & pecore pendunt, auesque & agrestes fe-
 ras venantur. Quartum genus, τὸ δημηγερικὸν τε καὶ καπηλικὸν γένος,
 id est, opificum & negotiatorum genus, qui ex artificibus tribu-
 ta persoluebant. Quo genere etiam & nautæ continentur. Quin-
 tum genus eorum, qui πολέμιοι εἰσι, id est, milites dicuntur, qui solum
 bellis deseruiebant.

¶ Sextum ¶ genus faciebant, οἱ ἐπισκοποὶ καλεούμενοι, episcopi di-
 citur, αὐτοὶ ἐφοροῦσι τὰ γένεσθαι, καὶ ἀ τε τὴν χάριτην κατὰ τὰς πόλεις, καὶ τὰν